

non etiam] conveniendi numeri¹⁹ eorum observatio sublata est. — Dat. 16 kal. Jul. ipsi 4 et 5 AA. Conss. 290.

9. *Idem*, AA. Patroclie.

Si non speciali²⁰ privilegio patrie tuae juris observatio relaxata est, et testes non in conspectu²¹ testatoris testimoniorum officio functi sunt: nullo jure testamentum valet. — P. P. 10 kal. Jul. ipsi 4 et 5 AA. Conss. 290.

10. *Idem*, AA. et CC. Menophelimo.

Si testamentum jure factum sit, et heres sit capax, auctoritate scripti²² nostri rescindi non oportet. — Dat. 15 kal. August. AA. Conss.

11. *Idem*, AA. et CC. Zenoni.

Nona idcirco minus jure factum testamentum suas obtinet vires, quod post mortem testatoris subtractum²³ probatur. — S. Dat. prid. id. novemb. AA. Conss. 18.

12. *Idem*, AA. et CC. Matrona.

Si unus de septem testibus defuerit²⁴, vel coram testatore omnes eodem²⁵ loco testis suo; vel²⁶ alieno anno non signaverint²⁷, jure deficit testamentum. De his autem, quae interleta²⁸ sive suprascripta dicis, non ad iuris solennitatem, sed ad fidei pertinent questionem, ut appareat, utrum testator²⁹ voluntate emendationem meruerint, vel ab altero³⁰ inconsulte delecta sint, an ab aliquo falso³¹ haec fuerint commissa. — S. Dat. prid. non. Jul. PHILIPPO AA. Conss.

13. *Idem*, AA. et CC. Euriphidae.

Testandi (causa) de pecunia sua legibus certis facultas est [permissa:] non [autem] jurisdictione mutare formam³², vel juri publico derogare cuiquam permisum est.

14. *Idem*, AA. et CC. Achilleo.

Non³³ codicillum, sed testamentum aviam vestram facere voluisse, institutio³⁴ et exhereditatio facta probant evidenter. — Subsc. id. decemb. CC. Conss.

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

Quoniam indignum est ob inanem observationem irritas fieri tabulas et judicia mortuorum: placuit ademptis his, quorum imaginarius usus est, institutioni heredis verborum non esse necessariam observantiam, utrum imperativis et directis verbis fiat, aut inflexis: nec enim interest si dicatur, *Hereditem facio, vel insituo, vel volo*³⁵, *vel mando, vel cupio, vel esto*³⁶, *vel erū*³⁷: sed quibuslibet confecta sententia, vel [in] quolibet loquendi³⁸ genere formata instituto valeat, si modo per eam liquebit voluntatis intentio: nec necessaria sunt momenta³⁹ verborum qua forte seminecis et balbutiens⁴⁰ lingua profudit. Et in postremis ergo judicis ordinandis amota erit [solennium] verborum necessitas: ut cum instrumentis propriis cupiunt ordinare, in quaunque instrumenti materia⁴¹ conscribere, et quibusunque verbis uti, liberam habeant facultatem. — S. Dat. kal. februar. Serdicæ, CONSTANTIO A. 2 et CONSTANTE A. CC. Conss. 339.

16. Imp. GRAT., VALENT. et THEOD. AAA. Eutropio.

Non dubium nec incertum est, sicut imperatoribus⁴² ita qualibet dignitate, vel potestate decoratis viris, tam hereditatem, quam legatum seu fideicommissum reliqui posse. — § 1. Illud etiam adjicendum est, ut qui ex testamento vel ab intestato heres exitierit: eti voluntas defuncti circa legata, seu fideicommissa, seu libertates legibus non sit subixa, tamen si sua sponte agnoverit⁴³, implendi eam necessitatem habeat. — S. Dat. 15 kal. Jul. Thessal. GRATIANO et THEODOSIO AA. Conss. 380.

17. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Aeternali proconsuli Asiae.

Testamentum non ideo infirmari debet, quod diversis hoc deficiens nominibus appellavit, cum superflua⁴⁴ non noceant. Namque necessaria⁴⁵ praetermissa imminentur contractus, et testatoris officiunt voluntati, non

19. *Confer. tamen L. 8, 2, in fin. D. de jure codicil. addit. L. ult. infra. h. t. — 20. L. 55, pr. supra de inoff. testam. — 21. L. 12, infra. h. t.; vide tamen L. 22, 2, 6. D. qui testam. fac. — 22. Fas. L. 7, supr. de precib. imper. offer. L. ult. supr. sic omnes vel util. publ. — 23. L. 2, supr. h. t. — 24. 2, 3, Inst. edid. L. 3, D. unde l' heri; L. 2, supr. de hered. posses. sec. tabul. alrog. N. Leon. 4, addit. L. ult. infra. t. confit. L. 8, supr. t. L. ult. infra. edid. — 25. D. 2, 3, Inst. edid. L. 8, 2, 3, Inst. edid. — 26. 2, 3, Inst. edid. — 27. Abrog. N. Leon. 4, addit. L. 4, in fin. Inst. edid. — 28. 2, 3, D. qui testam. fac. — 27. Abrog. N. Leon. 4, addit. L. 7, in fin. Inst. edid. — 29. 2, 3, D. qui testam. fac. — 30. L. 1, pr. de hered. quae in testam. defient. — L. 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 31. L. 1, pr. D. de hered. quae in testam. defient. — 32. L. 3, D. de legat. — 33. L. 1, 2, 3, D. ad leg. Faleid. — L. 17, D. de reg. jur. — 33. L. 1, 2, 3, in fin. D. de jure codicil. — 34. Inst. edid. L. 1, 2, 3, D. de jure codicil. — 35. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 36. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 37. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 38. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 39. Addit. L. 26, infra. edid. L. 1, supr. de form. et imperat. action. — 40. Immovide L.*

abundans cautela. — Dat. 12 kal. april. ARCADIO 4 et HONOR 3 AA. Conss. 396.

18. *Idem*, AA. Africano prefecto urbi.

Testamenta omnia, ceteraque, quae apud officium⁴⁶ censuale publicari⁴⁷ solent, in eodem [locu] reserventur, nec usquam permititur fieri ultra translatio: mos⁴⁸, namque retinendus est fidelissimæ vetustatis; quem si quis in hac urbe voluerit mutare, irritam mortuorum videri faciet voluntatem. — Dat. 12 kal. octobr. CONSTANTINOP. CESARIO et ATTICO Conss. 397.

19. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Joanni.

Omnium testamentorum solennitatem superare videtur, quod insertum

mera fide precibus inter tot nobiles probatasque personas etiam conscientiam principis tenet. Sicut ergo securus erit, qui actis cujuscunq; iudicis, aut municipum, aut auribus privatorum mentis sua postremum publicavit⁴⁹ iudicium: ita nec de ejus unquam successione tractabitur, qui nobis mediis, et toto jure (quod in nostris est scriniis constitutum) teste succedit. Nec sane illud hereditus nocere permittimus, si rescripta nostra nihil de eadem voluntate responderint: voluntates etenim hominum audiunt voluntas, non iubera: ne post sententiam nostram inhibitus videatur communations⁵⁰ arbitrium: cum hoc ipsum quod per supplicationem nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si ultimum⁵¹ comprobetur, nec contra iudicium suum defunctus postea venisse detegatur. Ne quid sane prætermissemus credamus: hujusmodi institutionis successoribus designatis, omnia quae scriptis hereditibus competunt, jubemus eos habere, nec super bonorum possessione petitione ullam controversiam nasci: cum pro herede agere cuncta sufficiat, et jus omne ipsa complere adiuto videatur. Omnibus etenim prestandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, successorem suum oblatis precibus possit declarare: et stabile sciatis esse quod fecerit. Nec institutus heres pertimescat, cum oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus⁵² possit approbare, si ei alia nocere non possunt. — Dat. 12 kal. Mart. RAVENNAE, post consulatum HONORII 8 et THEODOSII V. AA. Conss. 499.

20. Forundem AA. Edictum ad populum urbis Constantinopolitanae, et omnes provinciales.

Nolumus convelli deficientium scriptas jure ac solenniter voluntates, cum quoddam morientis supremum, et non scriptum processisse confirmatur arbitrium; tanquam patrimonium suum ad nos⁵³ deficiens maioriter pertinere. Omnibus enim privatis, et militibus interdicimus, ne hujusmodi perhibeant testimonia: et falsi criminis reos teneri precipimus, si cum scriptis jure ac solenniter deficientium extiterint voluntates, non scriptum aliquid sub nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus heres, vel legibus ad successionem vocatus, nostrum, vel potentium nomen horrescat⁵⁴: nemo ferre testimonia in hunc modum, vel suscipere [in] gestis hujusmodi voces audeat nostro, vel etiam privatorum potentium nomine. — Dat. 7 id. Mart. Constantinop. THEOD. A. 7 et PALLADIO Conss. 407.

21. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Florentio P. P.

Hac consultissima lege sancimus, licere per scripturam confidentibus testamentum, si nullum⁵⁵ scire volent [ea] qua in eo scripta sunt, consignata, vel ligata, vel tantum clausam involutamque⁵⁶ proferre scripturam, vel ipsius testatoris, vel cuiuslibet alterius⁵⁷ manu conscriptam, eamque⁵⁸ rogatis testibus septem⁵⁹ numero, civibus romanis, puberibus⁶⁰ omnibus simul⁶¹ offerre signandam⁶², et subscribendam⁶³; dum tamen testibus presontibus testator suum esse testamentum dixerit quod offeratur, eique ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscriptis⁶⁴: quo facto et testibus uno eodemque die⁶⁵ ac tempore subscriptibus et consignantibus testamentum valere: nec ideo infirmari, quod testes nesciant que in eo scripta sunt testamentum. Quod si literas

20. Inf. h. t. L. 7, in fin. D. de desp. et legat. — 21. L. 12, infra. h. t.; vide tamen L. 22, 2, 6. D. qui testam. fac. — 22. Fas. L. 7, supr. de precib. imper. offer. L. ult. supr. sic omnes vel util. publ. — 23. L. 2, supr. h. t. — 24. 2, 3, Inst. edid. L. 3, D. unde l' heri; L. 2, supr. de hered. posses. sec. tabul. alrog. N. Leon. 4, addit. L. ult. infra. t. confit. L. 8, supr. t. L. ult. infra. edid. — 25. D. 2, 3, Inst. edid. L. 8, 2, 3, Inst. edid. — 26. 2, 3, Inst. edid. — 27. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 28. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 29. 2, 3, Inst. edid. — 30. L. 1, pr. D. de hered. posses. sec. tabul. — 31. L. 1, 2, 3, D. de injest. rupt. irrto factot. — 32. L. 3, D. de legat. — 33. L. 1, 2, 3, D. de reg. jur. — 34. Inst. edid. L. 1, 2, 3, D. de jure codicil. — 35. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 36. L. 1, 2, 3, D. de jure codicil. — 37. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 38. L. 1, 2, 3, D. de hered. posses. sec. tabul. — 39. Addit. L. 26, infra. edid. L. 1, supr. de form. et imperat. action. — 40. Immovide L.

testator ignorat, vel subscribere nequeat⁶⁶: octavo subscriptore pro eo adhibito, eadem servari decernimus. In omnibus autem testamentis, quae presentibus, vel absentibus testibus dictantur, superfluum est uno, eodemque tempore exigere testatorem, et testes adhibere, et dictare suum arbitrium, et finire testamentum. Sed licet alio tempore dictatum, scriptum proferatur testamentum, sufficit uno [tempore 67], eodemque die, nullo⁶⁸ actu [extra] interviente, testes omnes, videlicet simul, nec diversis [temporibus] scribere, signareque testamentum. Finem autem testamenti subscriptiones, et signacula testium esse decernimus. Non subscriptum autem a testibus, ac [non] signatum testamentum pro infecto⁶⁹ haberi convenit. — § 1. Ex imperfecto autem testamento voluntatem testore defuncti, nisi inter solos liberos⁷⁰ [a parentibus utriusque sexus] habeatur, non volumus. [Si vero in hujusmodi voluntate liberis alia sit extranea mixta persona: certum est eam voluntatem defuncti, quantum ad illam duxat permixtam personam pro nullo haberi, sed liberis ad crescere]. . . .

In AUTHENT. de testam. imperfectis, § Nos igitur omnia, coll. 8, tit. 8,

gistro competit. Absurdum est namque, si promiscuis actibus rerum turbantur officia, et aliis creditum aliis subtrahat: et præcipue clericis, quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensum. Præna etiam temeritoribus presentis sanctionis feriends quinq; ginta librarum auri. Nec enim concedendum est, ut suprema vota deficiantur eversionis quicquam ex incongrua insinuatione contrahant, dum res ab incongru usurpatior audacter. — Dat. 15 kal. decembr. CONSTANTINOP. A. 2 et OPILIONE Conss. 824.

24. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Ambiguitates⁸², qua vel imperitia, vel desidia testamenta conscribentur oriuntur, resecandas esse censemus: et sive institutio heredum post⁸³ legatorum donationes scripta sit, vel alia prætermissa sit observatio⁸⁴, non ex mente testatoris, sed vitio tabellionis⁸⁵, vel alterius⁸⁶ qui testamentum scribit: nulli licentiam concedimus per eam occasionem testatoris voluntatem subverttere, vel minuere. — Dat. kal. Januar. DN. JUSTINIANO A. P. P. Cons. 528.

25. *Idem*, A. Mennæ P. P.

Præposteri⁸⁷ reprehensionem, quam novella constitutio⁸⁸ [divi Leonis] in dotibus instrumentis sustulisse noscit, in aliis quoque omnibus tam contractibus, quam testamentis⁸⁹ tollimus: ut tali exceptione cessante, et stipulatio⁹⁰, et alii contractus, et testatoris voluntas indubitate valeant: exactione videlicet post conditionem⁹¹, vel diem competente. — S. Dat. 7 id. decembr. DN. JUSTINIANO A. P. P. 2 Cons. 528.

26. *Idem*, A. Julianæ P. P.

Hoc inter liberos testamentum ita infirmatur, si parentes etenim voluntatem adhuc declarerint se nolle tale testamentum valere, et aliam disponant voluntatem, vel in testamento perficie, vel in non scripta perfecta voluntate.

§ 2. Per nuncupationem quoque, hoc est, sine scriptura, testamento non alias⁹² valere sancimus, quam si septem testes (ut supra dictum est) simili uno eodemque tempore collecti testatoris voluntatem, ut⁹³ testamentum sine scriptura facientes audierint. — § 3. Si quis autem testamento jure perfecto postea ad aliud venerit testamentum, non alias⁹⁴ quod ante factum est, infirmari decernimus, sive si id, quod secundo facere testator instituit, jure fuerit consummatum⁹⁵. Nisi forte in priore testamento scriptis his, qui ab intestato⁹⁶ ad testatoris hereditatem, vel successione venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad ejus hereditatem vocantur: eo enim mutatur, quare stare prohibetur⁹⁷ quemadmodum enim, qui testamentum fecit, et nihil volunt contrarium, *intestatus* efficitur? Sin autem in medio tempore contraria testatoris voluntas ostenditur: siquidem perfectissima⁹⁸ est secundi testamenti confessio: ipso jure prius tollit testamentum: sin autem testator tantummodo dixerit, *non voluisse prius stare testamentum*, vel aliis verbis utendo contrariarum appetuerit voluntatem, et hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestaverit, e decennio fuerit enumens: tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali. Alter etenim testamentum mortuorum per decenni transcursum evanescere nullo patimur modo: prioribus constitutionibus quæ super hujusmodi testamentis evanescunt furent, penitus antiquandis. — Dat. 15 kal. april. CONSTANTINOP. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. 550.

27. *Idem*, A. Julianæ P. P.

Sancimus, si quis legitimo modo condidit testamentum, et post eius confectionem duxerit, siquidem nulla innovatio, vel contraria voluntas [testatoris] apparuerit, hoc esse firmum. Quod enim non mutatur, quare stare prohibetur⁹⁹ quemadmodum enim, qui testamentum fecit, et nihil volunt contrarium, *intestatus* efficitur? Sin autem in medio tempore contraria testatoris voluntas ostenditur: siquidem perfectissima⁹⁸ est secundi testamenti confessio: ipso jure prius tollit testamentum: sin autem testator tantummodo dixerit, *non voluisse prius stare testamentum*, vel aliis verbis utendo contrariarum appetuerit voluntatem, et hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestaverit, e decennio fuerit enumens: tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali. Alter etenim testamentum mortuorum per decenni transcursum evanescere nullo patimur modo: prioribus constitutionibus quæ super hujusmodi testamentis evanescunt furent, penitus antiquandis. — Dat. 15 kal. april. CONSTANTINOP. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. 550.

28. *Idem*, A. Julianæ P. P.

Cum